

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Quistorp

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S. S. Theologiae Doctor
... Ad Exequias Quae puellae ... Margarethae Gerdes/ Hodie hora prima a
parentibus moestißimis parabuntur, Cives Academiae invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777449404>

Druck Freier  Zugang



Q vistorp, J.,

in M. Gerdes.

Rostock. 1627.

69

RECTOR
Academiae Rostochiensis
JOHANNES QVISTORPIUS
S.S. Theologiæ Doctor, Pro-
fessor & Ecclesiastes.

ad
Exequias

Quæ puelle mellitissime,

MARGARETHA
GÆRDÉG

*Hodie hora prima à parentibus mæstissimis
parabuntur,*

Cives Academiæ invitat.



ROSTOCHI

○ Literis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.
Anno M. DC. XXVII.

RECTOR
Academiae Rostochiensis
JOHANNES QVISTORPIUS
S. S. Theologiæ Doct. Professor
& Ecclesiastes.

 Emini unquam mortalem hanc vitam viventi, illa contigit felicitas, quam non infortuniū aliquod mœror & tristitia aliquando interturbarit. Hæc enim omnibus nobis lex dicta est, (quod vel Ethnicum lux rectæ rationis, & omnium temporum experientia docuit,) ut voluptatem mœror comes cōsequatur. non necesse est prolixè exemplorum variorum recensione hoc comprobare, quum nemo, cui vel sanum sinciput est, id negare ausit: & si vel maximè faciat, quem non

non ipsa experientia abundè refutet.
Unum saltem hoc attingere placet.
Quæ major felicitas, maritalem vitam
ingressis contingere potest, quam libe-
ros ex se natos, sanos, incolumes, & ad
pietatem, aliasque virtutes grassantes
viam cernere? quos non tantum, à se
magnis laboribus partarum, vel à ma-
joribus acceptarum opum hæredes,
generis sui ornamenta, sed & in gau-
diis olim cœlestibus, socios habituri
fint? Verum nec perpetua nec since-
ra est, quam ex hac exspectata felicita-
te percipiunt, voluptas: simul enim ac
nati sunt liberi, illis parentes distinen-
tur curis: ne ex se nati cum lacte mater-
no, mali aliquid imbibant, ne variis
morbis, quibus tenera illa obnoxia est
ætas, infestentur; ne quando succre-
scunt, vel naturæ corruptæ ad pravita-

A 2

tem

tem inclinantis motibus, vel illorum
quibus cum agunt, seductionib⁹ cor-
rumpantur: ne ubi succrevere, & ad a-
liquam frugem, non sine magna paren-
tum cura & sollicitudine pervenere,
immatura & nondum sperata morte,
pereant. Si quid horum, præter spem
parentum eveniat, proh Deum im-
mortale in, quanto illi in mœrore, quā-
ta in tristitia versantur! Qui exaudian-
tur gemitus & querimoniæ! Qui cer-
nuntur fletus & lachrymæ! ut si volu-
ptas illa quam ex natis, & sic satis felici-
ter succrescentibus conceperunt, cum
mœrore, quem interveniens non ex-
spectatum infortunium peperit, com-
mittatur, illa præ hoc non tantum vi-
lescat, sed & plane nihil fuisse videa-
tur.

Hanc voluptatis, juxta ac mœroris
vicis-

vicissitudinem, & alternantes l^atitiæ
tristitiæque vices, experti quoque sunt,
vir spectatus Dn. WINHOLT Gerdes/
templi apud nos Mariani præfctus, &
civis hujus urbis primarius, ejusque
conjunx E M E R E N T I A Prengers.
Subsultabant illi gaudio, quando ante
biennium Anno 1625. die Octobris se-
ptimo, filiam ex se natam viderunt: quā
ab avia materna ubi per sacram san-
ctum Baptismum Christo inferebatur,
M A R G R E T A M nominari curarunt.
Tacitum s^æpè pertentarūt pectus gau-
dia, quando eandem blando risu & bal-
butiente lingua parentes exhilarantē
experti sunt. At, o quam non fuit hæc
perpetua voluptas, quantopere illam
turbavit morbus, in quem filiola suavis-
sima incidit, qui & tenellum corpus, in-
sultibus suis expugnavit, & filiam pa-

A. 3.

renti-

rentibus, ante biduum, die vigesimo
tertio hujus mensis, hora nona matu-
tina, supremum vale dicere jussit! Quæ
vestra est parentes pietas, ne frangivos
mœrore patiamini, voluntati divinæ
vos submittite, summo rerum arbitro
visum fuit, biennali hac vos latitia &
voluptate exhilarare, eidem placuit,
filiolam conspectui vestro subducere,
& vos ulteriore illa, quam ex ipsa recte
& pie succrescente, exspectabatis volu-
ptate privare. In ejus voluntate, quæ
non nisi bona est, acquiescetis. Si quæ
est hodiernorum temporum facies cō-
sideratis, si quæ nos premunt, quæque
inpendent mala mente perpenditis,
non nisi bene cum filiola vestra, actum
esse affirmabitis. Illa miseriarum ex-
pers, periculorum secura, angelorum
& beatorum consortio mista, æterna
car-

carpit gaudia. Nos qui super vivimus
spem inter metumq; dubij, quid nos
maneat hæremus. Qui vos morte se-
paravit Deus, ille vos aliquando, ad vi-
tam æternam, juxta cum filia resuscita-
tos, vicissim conjunget, & inter mu-
tuos amplexus, æternis gaudiis bea-
bit.


Nec Tu qui in vivis ad huc es, ave
paterne, Vir clarissime & consultiss.
Dn. MARTINE Gerdes / J. U. D.
Consul & Syndice Gustroviensis, &
provincialis judicij Assessor, nec tu avia
paterna CATHARINA Koches / hanc
felicem emigrationem nepti in videbi-
tis, sed vos eam ponè secuturos, quan-
do & vos ordo tanget, & eam inter
beatas animas inventuros plane vobis
persuadebitis. Nos qui hic loci vivi-
mus, Cives Academiarum, quantum in
nobis

nobis est minuamus dolorem & mœro-
rem parentibus, avo, aviæ, agnatis:
fiet id si frequentes funus iverimus.
Quod ut omnes faciatis, & ad horam
primam emortuæ illud officium præ-
stituri in templo Mariano convenia-
tis, amicè rogo & hortor. P. P. Ro-
stochij 25. Octōbris Anno 1627.



carpit gaudia. No
spem inter metum
maneat hæremus.
paravit Deus, ille vo
tam æternam, juxta c
tos, vicissim conjur
tuos amplexus , at
bit.

Nec Tu qui in viv
paterne, Vir clariss
Dn. MARTINE G
Consul & Syndice C
provincialis judicij A
paterna CATHARIN
felicem emigratione
tis, sed vos eam ponè
do & vos ordo tange
beatas animas invent
persuadebitis. Nos c
mus, Cives Academi



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.